



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

22 de Architectis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

specierum, nec exculantur tempore expeditionis ab angariis, petangariis, plautris, & similibus muneribus necessariis. *l. max. marum. §. forsdorum, de excusa. munerum. tit. 47. l. 2. 3. de quib. mun. vob. prestatio. nemi liceat se excus. tit. 48. lib. 10. C. l. nullus, 21. d. 13. cur. pub. lib. 12. C. tit. 51. l. neminem de sacros. eccl. C. §. Imo §. & eccl. iusticiaria persona. impellente necessitate, ad custodiam iutorum, ad excubias vrbis, vt se & ecclesias commissas sibi conferent, tenentur & coguntur, c. 2. de immunitate eccl. ap. Greg. §. Ex modo §. quocq; eligendi vitioso repudiantur recte munera, vt si non recte consilium de curionum initum sit, vt diximus, l. 2. de decurionib. lib. 10. C. cum similib. si alius prior ad munera debuerit nominari quam electus, l. vnic. de potior. ad munera nominan. l. 10. C. tit. 65. l. ordine, de legat. 3. §. praes. de munerib. & honor. si propter inimicitias, non aestimatum vera & commodo reipublice, creatio fiat, leg. vnic. si propter inimici. c. eat. facta sit, lib. 10. C. tit. 66. His enim de causis & similibus, quibus tantum alicuius vexandi causa creatio fit, appellatio interposita fiet creationis retractatio, & sumtum aduersus temere & inuidiose nominatum fiet repetitio, l. 1. de sumtum recupera. lib. 10. C. tit. 67. l. ius. C. §. de appella. 1. de vaca. munerum in P. §. Ratione §. dignitatis & officii electorum & creatorum, plures exculantur a personalibus muneribus, vt ex superioribus liquet: sicut adhuc comites praesidium, proconsulum, procuratores Caesaris, Paul. l. legato, 12. §. fin. de vaca. muner. in P. sacerdotium habentes, a quo non possunt sine religione discedere, *Ulpian. l. prator, 13. eod. P. l. omnes, C. de episc. & cler. apparitores magistrorum militum. l. 1. de apparitor. magistrorum milit. lib. 12. C. tit. 55. frumentarii. Papin. l. eos qui Roma, 9. §. fin. de vaca. muner. P. l. nauicularii, de munerib. P.**

De Artificibus diuersis. Cap. 21.

- 1 Artificium quid.
- 2 Artificium: & eiusdem quoque artis differentia.
- 3 Artificium a professione artis quid differat.
- 4 Officium & artificium quomodo differant.
- 5 Officium vnde declinetur. & duplex esse, perfectum & medium.
- 6 Artificium auget aestimationem serui.
- 7 Artificium plurium nomenclatura.

Artificii §. nomen plures continet sub se species, quae artem factitiam seu manualement exhibent certis praecipis definitam, quae videlicet ingenio & arte perficitur, vide quae diximus de mechanicis artibus, lib. 24. *Symonxon, c. 2.* Quia ratione etiam ars Grammaticae dicitur apud Iuriconsultos artificium, l. duo societatem, pro socio, P. videlicet quod & in orthographia, quae eius est pars, manus officium quoddam desideretur, in bene pingendo & emendate scribendo.

Itaque §. vt inter artificia est differentia, ita & inter artifices quoque vnus eisdemque artis ratione ingenii doctrinae, natura & institutionis, *Plat. l. inter artifices 31. de verb. oblig. lib. 46. P. tit. 3.* cum omne artificium incrementum discendo vel experientia recipiat, *Legatus seruis, 63. §. ornaticibus de lega. 3. P.* Vt qui artificem promiserit vel dixerit, non vitique perfectum praestare debeat, sed ad aliquem modum peritum, vt neque eum sine maxima scientia accipias, neque rursus indoctum esse in officio: sufficereque talem esse, quales vulgo artifices dicuntur. *Plat. l. sciendum tamen, 19. illud sciendum est, de adili. edict. lib. 21. P. tit. 1.*

Artificium §. a professione artium putamus differre, quod professio in docendo vel discendo artes liberales consistat: artificium in mechanicis versetur artibus tractandis, *gloss. Rubrica. in titu. de excusa. artific. lib. 10. C. tit. 64.*

Martianus §. quoque Iuriconsultus rursus putat officium latius nomen esse, quam artificium. Et officium artificio adepto mutari non autem artificium adepto officio. *Martian. in l. legatus seruis, 63. §. si ex officio, de legat. 3. lib. 32. P. titu. 1. Africanus, leg. 10. §. 10. eod. tit.* Officium eius interpres, *gloss. d. §. si ex officio,* arbitratu continere omne ministerium siue artificium sit, siue sine officio. Et proprie tamen sine officio officium habere eos, qui ministerium tantum praebent: cuiusmodi ait esse mulionem, agasionem, opilionem, saltuarium, armigerum, dapiferum, cocum, pastorem, ostiariam, pistorem & similes eius generis sine arte. Nam artifex vt Varro ait *lib. 4. de ling. Lat. ab arte dicitur.* §. Officium §. porro ab efficiendo, quasi efficium, & propter sermonis decorem, vna mutata litera, in officium, vt ait Diuus Ambrosius *lib. 1. Officior.* qui & alias duas adfert nominis declinationes. Sed haec magis placet ab efficiendo, quod officium sit illud, quod quemque pro conditione suae personae facere dece-

at. Ita erit §. 207, seu opus cuiusque siue perfectum velis, quod Graeci *τελειωματα* vocant, quod omnes numeros virtutis continet, *Cicer. 1. officior.* siue medium, quod pertinet ad institutionem vitae communis, *Cicero. 1. de finibus.* Sic oratoris officium est, quod facere debet orator, vt finis cuius caussa facere debet, *idem 2. de inuentio. to. 20. §. 207.* dicunt Graeci, quod decens est, quod conuenit cuique, vt exponit M. Tull. *Cicero lib. 16. e. §. solorum ad Aetium epistola omnium 3. 8. Sed vt aliud ex alio,* inquit mihi non est dubium, quin quod Graeci *τελειωματα*, nos officium: id autem quid dubitas, quin etiam in rempublicam praclare caderes? Nonne dicimus consulis officium, senatus officium, praecclare conuenit, aut da melius. Ex quibus verbis elucet prope enumerabilia iuris ciuiliis capita, quae de officio loquuntur vario modo, videlicet, quia non eadem sunt munia omnium, nec omnibus omnia conueniunt: eoque pertinent Rubricae de officio praefecti praetorio Orientis, Illyrici, Africae, vrbis, de officio magistrum militum, de officio magistrum officiorum, de officio comitis sacrarum largitionum, & similibus. De officio diuersorum iudicum, de officio eius cui mandata est iurisdicctio, &c.

In §. aestimatione faciendi conditionis seruilis, & consequenter plebis, plures aestimabantur in biuio aliquo officio, quam illi, qui nullam norant artem, l. 1. §. ne autem, de communi seruo manum. §. lib. 7. C. tit. 7. l. fin. §. sancimus, communi de legat. lib. 6. C. tit. 43. & officium praestare tantum possent.

Ceterum §. artifices diuersi muneris adfert Callistatus in l. 7. fin. de iure immunita. lib. 50. P. tit. 6. & Augustus quoque in l. vnic. de excusa. artificum lib. 10. C. tit. 64. Sunt autem illi architecti, de iis postea, medici de his paulo post, de aliis vide Aetium in l. vnic. de excusa. artificum. C. pictores, statuarii, marmorarii, leuicarii, seu actuarii, clauicularii, quadrigarii vel quadratarii, structores seu aedificatores, sculptores ligni lex de sculptore, seu celatore gemmarum, & quando tenentur, & quomodo, litem queritur. §. si si gemma, loca. P. l. si seruum seruum. §. si valicem, ad l. Aquil. in P. mulcarii, deauratores, albini, de artificib. in l. 2. §. 1. loca. in P. argentarii, brambaricarii, Brambaricarii & argentarii pro eodem, in lib. qui notitia prouinciarum versusque imperii, dum de praepositis brambaricariorum (seu argentariorum) agit, diatretarii, aetarii, fulores, signarii, fabricarii, bracharii, periticiarii, libratores, libratores erant, qui modum & formam in aquis educendis adhibebant, de quib. Traianus epistola 41. lib. 10. epistola Plinii 2. & l. 2. de excusa. artificum. figuli, aurifices, vitarii, plumbarii, specularii, eborarii, pelliones, fullones, capentarii, sculptores, dealbatores, cutores, trigarii, cistarii, bractearii.

De Architectis. Cap. 22.

- 1 Architecti ars circa qua versatur, & architectura partiu.
- 2 Aedificandi architectis dicta leges.
- 3 Aedificator quando de operis vicio tenetur, eod.
- 4 Aedificans aedificium perficere cogatur.
- 5 Aedificare non licet in muris vel portis ciuitatis, vel loco publico.
- 6 Priuatorum aedificiorum struendorum leges.
- 7 Sepulcrorum aedificandorum leges.
- 8 Balneorum exstruendorum leges.
- 9 Furnorum & pistri aedificandi leges, eod.
- 10 Cyparii exstruendi lex, eod.
- 11 Calcis fornacis aedificandi lex, eod.
- 12 Fullonica officina struenda lex, eod.
- 13 Vitarii & ferrarii fornacis aedificandi lex, eod.
- 14 Furnus bennarius quis, & quomodo queratur.
- 15 Molendini seu pistri bennarii ius, quale & quomodo queratur, eod.
- 16 Cloacarum leges, eod.
- 17 Fabri lignarii.

Architecturam §. inter fabriles artes in Syntaxibus nostris constituimus & inibi abunde de ea diximus, *li. 30. Syntax. artis mirab. vnde & si egeas depromere possis.* Verum prout iuriconsulte agendum nunc est, quaedam iuris familiaria recensere. Architectus, & eius ars circa tria versatur, quae in iure quoque considerantur: quia & partes Architecturae tres sunt, aedificatio, gnomicae, machinatio. Aedificatio diuisa est bipartito, vna est mœnium & communium operum, in publicis locis collocatio: altera est priuatorum aedificiorum explicatio. Publicorumque distributiones sunt tres, e quibus vna est defensionis, altera religionis, altera oportunitatis. Defensionis est, murorum, turrium, portarum ratio, ad hostium impetus perpetuo repellendos ex-

cogitata: Religionis, immortalium, sanorum, ediumq; sacrarum collocatio. Opportunitatis, omnium locorum ad vium publicum discretio: veluti portus, fora porticus, balnea, theatra, inambulationes, & similia, quae fieri debent habita ratione firmitatis, vtilitatis & venustatis, *vt de his Vitruuius, l. 1. ca. 3. l. 2. de excus. artifi. l. 1. o. C.* Ad haec opera publica conficienda, instituenda, reparanda & curator publicorum operum creatur, *vt l. 1. de operib. pub. P. lib. 50. P. tit. 10. Et nos dum de curatoribus resp. egimus plura.* Priuata autem aedificia ex arbitrio dominorum fiunt, *est tunc de aedif. priua. lib. 8. C. tit. 10.* Sunt tamen & in publicis & priuatis aedificiis leges dictae architectis & fabricis, quas scire & seruare eos expedit. In publicis, veluti vt de vitio operis teneantur vique ad quindecimum annum, *l. omnes quibus, 7. de operibus pub. l. b. 7. C.* Alia lex Ephesi, dura conditione, sed iure non iniquo constituta, vt architectus cum publicum curandum opus recipit, polliceatur quanto sumtu id sit factururus: tradita eius aestimatione bona, obligatur magistratibus, donec opus sit perfectum. Eo autem absoluto, cum ad dictum impensa respondet, decretis & honoribus ornatur. Item, si non amplius, quam quarta in opere consumitur, ad aestimationem est adicienda, & de publico praestatur, nec vlla poena tenetur. Cum vero amplius quam quarta in opere consumitur, ex eius bonis ad perficiendum pecunia exigitur, *Vitruuius in prooemio lib. 1. o. de Architect. §. Alia lex, vt qui opus publicum etiam propria liberalitate extruere incipit imperfectum non possit relinquere, sed ipse, vel heredes eius cogantur implere, l. de publicis. in P. Quod expresse cauit in monasteriis constitutio nouella, quam refert Constantinus Harmenopolus l. 5. Epi. o. iuris cap. 8. que & ne imperfecta eorum remaneat structura, cogi possit eorum heredes itatur. §. De t. priuatis quoque aedificiis plures leges, quarum aliquas in deo. vna est, ne aedificare liceat in muris vel portis ciuitatum, *l. penult. §. si ne quid in loco, pub.* Alia huic proxima, ne liceat aedificare opus, in loco publico, contra ornatum, & faciem aspectumque decorum ciuitatis: vtque aedificatum diruatur, nulla opposita praescriptione, *l. praes. i. p. 10. de o. erb. pub. vel principis recepto, argu. l. 3. de praecibus imper. at. offer. C. l. e. vltim. si contra ius vel vtilita. in l. Ne uel aliqua aedes deiciatur, si inde etiam deformetur ciuitatis decor, l. 1. de aedif. priua. lib. 8. C. tit. 10. l. senatus. de contra. bend. em. P. Paul. l. cetera, 4. 3. Martia. in leg. fidei commissis, de leg. 1.**

¶ Priuata tamen aedificia absint decem pedes a publicis, ne periculum ex illis his accidat, *l. si cui, §. l. penult. de aedif. priua. C.* Aliae leges in titulis *de aedif. pub. ex interdicitis*, seu edictis praetoris, ne quid in loco facto, ne quid in loco publico, ne quid in flumine publico, & in §. tertia diuisio. De interdicitis apud Iustinianum. Fuerunt leges de crassitudine parietibus imponenda secundum contabulationes & contignationes, de quibus in seruitutibus oneris ferendi diximus ex Vitruuio *lib. 1. c. 8. Plinio lib. 35. c. 14.* & aliis. Alia Solonis lex iure ciuili Romanorum recepta, quam etiam alibi explicauimus, quam Caius refert *l. fin. in iuniorum rogator. lib. 6. 10. P. tit. 1.* Sumtuum tamen etiam modum in sepulchrorum aedificatione, constituit lex *1. 2. tabularum Cicer. 2. de leg. Sicuti & Aegyptii, qui in sumtuosa sepulchra, non nisi talentum expendere permittebant: in medio etia, minas viginti: in humilia, parum quid sumtus, Diador. Sicul. l. 2. Bibliothec. c. 5.* ¶ Balnea tamen priuata constructurus dare debet operam, vt camina vicino dilent, ob rationem, quam adfert Harmenopolus *lib. 2. Epi. iur. cap. 4. Vitruuius lib. 5. cap. 10. & Iuriconsultus, l. quidam Iberus, de seruitu. urbanor. praedior. P.* Oportet quoque pistrinum a domo & furno vicini sex pedes seungi, propter incendiolorum periculum, *Harmenop. d. c. 4. & Vitruuius, l. b. 6. c. 9.* Figulinus furnus, si ad boream vel ortum spectat, vbi vicina domus habet fenestram, viginti cubitis ab ea distare debet: si ad notum vel occasum, magis duodecim: si in austrum vel occidentem triginta. *Harmenop. vbi. sup. de furnis figulinis, §. Calcis, meminit §. Paulus in leg. vltim. 6. de seruitu. vrb. praedior. Gypsiarius distabit a vicini aedibus vnus ceteri, fenestris in gypsiarium prospicientibus caminum, ad ortum vergentibus vel septentrionem octo cubitis, ad occasum vel meridiem quatuor, &c. Harmenop. vbi. sup. Calcis vnae fornax, distet ab omni quouis aedificio centum cubitis, propter pestilentem & grauiorem ab ea missum vaporem: ab aerea autem, quinquaginta cubitis. *idem ibid.* Opificia insectorum & fullonum ab sint ab aedibus planis, sex cubitis, & belle, vt euanescat eorum fumus pestilens. & extra periculum deflagrationis sint, *idem ibid.* Vitrarii & fabri ferrarii, qui bipennes, falces, stultas, & magna organa & machinas faciunt, ob periculum ignis, & pesti-*

lentem corpori vaporem, ne in vrbe opificia habeant, vel si habeant, in locis solitariis constituantur, *idem ibid.* ¶ Quilibet tamen in suo potest furnum seu chibanum panarium aedificare, nisi ab alio iure prohibeatur: puta ob conuentionem, vel morem, seu consuetudinem legitimam, quibus placuerit, inter incolas loci vel pagialicuius vnus esse, domini vnus puta clientelarii, vel alterius, qui eius oneris causa certum exigit censum vel vestigal, seu pensionem, *Ioan. Faber, in §. aequ. de actioib. Vocant furnum bennarium, qui non ratione beneficiarii tituli, quod quis sit dominus, vt dicunt, iustitiae inferioris competit, sed aut ex titulo vel praescripta & immemoriali consuetudine, in consuetu. Turonen. lib. 11. tit. De basse voerte, arti. 13. Du Maine, tit. de bas ussieurs, arti. 24.* Sicque quibusdam in locis domini inferioris iurisdictionis, in pago praecipui, hoc ius postul subditis imponere, *vt in la. costume d' Anion arti. c. 23. tit. des seigneurs temporels, §. 11. de la distinction des iurisdictiones arti. 33. cum simi.* nempe ex consuetudine recepta: alioquin iure non licet. Itaque si praescripta sit consuetudo quae ratione praescriptionis iustam facit leiuitatem, *l. 1. C. de seruitu.* per contrariam prohibitionem poterit adimi iuste, *l. 2. C. de seruitu.* etiam si de iure fiscali agatur, *l. si mansisset. C. eod. tit. de seruitu.* pactitia tamen constitutio bennarii funi conseruanda, ob aequitatem pactorum, *l. sicut, C. de actio. l. in commo. d. ro. §. sicut commo. d. P.* Id ipsum & censo, si auctoritate principis hoc ius questum sit, ne alteri quam certo licet a chibanum eo loci habere, *l. quo minus, de fluminibus, in P. leg. quod principis de aqua pluua. P.* Et ita docuit seruari Papaeus, *Guido Papaeus, q. 298.* Quod & in pistrinis seu molendinis, & torcularibus bennariis obseruandum est, ex doctrina eiusdem Papaei, *Guid. Pap. vbi supra, & Bartoli in d. l. quo minus, de fluminibus, P.* qui & voluit sine titulo etiam praescribi posse, ne alibi quam certo loco molantur grana, neve alio torculari premantur vae, vel alibi coquantur panis, *per l. si quis diuerso, si seruit. vindi. in P.* Atque ita iudicatum fuisse in senatu Bardegalensi, anno 522. pro domino Podii de Verdonne aduersum eius pagi incolas tradit Papaeus in *Rhapodia aresor. l. 13. tit. 8. ares. 3.* Huic tamen rei temperamentum adhibuit aresum Tholofanum 1548. vt si dominus pistrini, non iubeat contundi grana intra 24 horas, domini granorum, seu tritici vel alterius generis, alio possit ad molendum impune transferte, *idem Papaeus, vbi supra aresor. 1. sed in viam.*

¶ Circa tamen cloacas constituendas adhuc dictae leges, quae ad salubrem securitatemque ciuium pertinent *l. 4. §. si quis vnus de operis noui natiua. l. 1. §. 1. de cloac. P.* Et ad primatorum quoque periculum & vicinorum damnum: vnde nascitur prohibitio, si ius non sit seruitutis, *l. ius cloacae de seruitu. in gen. lib. 8. P. l. 2. de seru. rust. P.* Habent & aqueductus suas leges, de quibus in rebus publicis seu vniuersitatis proprio iam egimus titulo. ¶ Fabri quoque lignarii & horum artes superiores bus annecti possunt, qui & signarii dicuntur fabri, quod signa dolent, & ex illis aedificent, *Caius in l. ferri §. fabricis, de verb. signifi. qui, vt & ceteri aedificatores omnes, in construendis operibus leges municipales sequi debent, nec contra eas aliquid fiat.*

De Agricolis. Cap. 23.

- 1 Agricolarum primum opus homini impostum.
- 2 Agricola fuerunt viri rursi praestantiores qui Scipio agricola. eod.
- 3 Ager quid.
- 4 Agricolarum septem species. Censiti agricolae qui. eod. Clientes, censuales, obliuarii. eod. Coloni tributarii qui. eod.
- 5 Coloni proprie qui publici & priuati, antiqui noui.
- 6 Coloni adscripti qui.
- 7 Originarii coloni qui.
- 8 Inquilini coloni qui.
- 9 Coloni perpetui obligati. Curiales perpetui obligati. eod. Marcaniani perpetui coloni. eod. Arnae perpetui coloni. eod. Menestae qui. eod. Pnestae qui. eod.
- 10 Mancipia rustica quae & species.
- 11 Rustici qui.
- 12 Agricola. n. in d. iur. natura, & mensura securitatis tempore bel-